



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 2. Sufficit ne, ut quis sit Sacerdos, ad audiendum validè Confessiones?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

De Sacram. Pœnit. Cap. VIII. 135

iis ipsis quæ dicit, & facit, & dum in memoria sua quærit quid faciendum sit, aut in horis quid dicendum, devotionis fervor tepescit, & friget.

CAPUT VIII.

De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæst. 1. **Q**UISNAM est legitimus Sacramenti Pœnitentiæ Minister?

Resp. De Fide est definitum in Concilio Tridentino, solum Sacerdotem habere auctoritatem absolvendi, ut habetur in Decreto Eugenii in Concilio Florentino, ubi sic dicitur: *Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione Superioris.* Verba verò Concilii Tridentini hæc sunt: *Circa Ministerium autem hujus Sacramenti declarat sancta Synodus, falsas esse, & à veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosvis homines præter Episcopos, & Sacerdotes, Clavium Ministerium perniciosè extendunt.* sess. 14, cap.

Quæst. 2. Sufficit-ne, ut quis sit Sacerdos, ad audiendum validè Confessiones?

Resp. Non sufficit, sed ut possit validè absolvere, præter potestatem Ordinis, quam universi Sacerdotes habent, requiritur potestas Jurisdictionis, ut definit idem Concilium Tridentinum his verbis: *Hæc Synodus confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert in quem ordinariam aut subdelegatam non habet Jurisdictionem.* sess. 14, cap.